



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 106. A summis Sacerdotibus, scribis, & senioribus. v. 43.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

nunc, qui habet sacculum, tollat, similiuer & peram, & qui non habet, vendit tunicam suam & emat gladium: dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est, operam impleri in me: ergo contra dictum Christi se munire volens proditor, fortiori manu sibi prouidit, & cum cohorte, & missis a pontificibus & Phariseis, ministris venit, cum igitur cohors Romana adhibito equitatu ac peditatu constaret; nempe 55. peditibus ut minimū & Equitibus 56. vel uti Vatabus in 18. Ioannis autem mille militibus, facile estimare est hos omnes armatos gladijs & lignis, hoc est telis, hastis, lanceis, bipennibus, sagittis iuno vectibus & arietibus fuisse instructos.

**V**Eruntamen vane, ô filij Hominum, nam quæso vos milites, & te Capitanee, nunquid vos omnes desipitis, & prudentia hominum non est in vobis? quia proditori vos creditis, & quidem tam recenter fugitiuo, & per noctem ducendos. Si hoc est sapere, nescio quid sit despere. Vide anima mea, quomodo passiones excæcent homines, & mature te libera à Tyrannide earum per gratiam Salvatoris tui. Tu, ô custos Hominum, obsecra præbe mihi spiritum tuum S. qui vitiorum regnum in me diminuat & exterminet, ne cum his insipientibus despiciens proditores tuos sequar, qualibet sunt Sacerdotes à Catholica Ecclesia apostataentes, Hæretorum duces.

§. 106. A summis Sacerdotibus, scribis, & senioribus. v. 43.

Pergit describere Euangelista à quibus missi veniebant milites nempe ab his à summis Sacerdotibus, qui oderant Christum, eo quod reformati Veteris Testamenti sacerdotium veniebat, figuram in realitatem, virtutem in virtutes & vitam in sanctam, immaculatam Sacerdotio dignam. A scribis, hoc est Legis seu Iuris Diu. & Hum. Doctoribus cum summa doctrinæ gloria, contra quorum aliqua dogmata corrupta Christus docebat, addebatque quod non secundum suammet doctrinam, viuerent: nec seruarent, quod faciendum docerent. denique à Senioribus & à Magistris Civilibus seu Senatu quem de iustitia & iudicio male administrato sapienter guerat.

**H**inc facile apparet, quam generosus fuerit animus Christi Domini, qui secundum infirmitatem naturæ humanæ Patri sui iussu tantis se virtus debuit opponere, & eorum iram, & insidias in se suscipere. Domine Deus, ego in conuiuio, in senatu, in concilio, in capitulo, in tribu, &c. congregacionibus, vix audeo me opponere iniqua sentientibus, verecundor illos, quales meos offendere, fere cum illis curro in malum, ex mea pusillanimitate, cum igitur tu fueris adeo magnanimus, ut te cunctis simul opponeres malis, obsecro te fac me saltem animosum pro iustitia aduersus paucos.

§. 107.